



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Quarta Regula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

atque adeo denegandum erit illi Sacramentum, dum tamen dictorum *num. 9.* immemor non sis. Ratio est eadem, quia iam non sequitur simpliciter nova infamia, cum per eam publicitatem amiserit ille omne ius ad suam famam.

14. At quamnam est evidentia iuris, quæ facti? Respondet, iuris est, quando iudicet quis convictus est de crimine per propriam confessionem, vel per sententiam declarationem iudicis, sive id sciatur à multis, sive à paucis: Facti est, quando notitia facti peccaminosi tam publica est, ut iudicet manifestatio æquivalet: quod contingit, quando tam publicum est delictum, ut nulla tergiversatione celari possit. At hoc ipsum quæritur: & quando est tale, ut nulla tergiversatione celari queat? Dico, id non posse universaliter colligi ex numero personarum: ut aliqui censent, sed prudentia opus esse: ut pensata qualitate loci, delicti, & personarum, quibus est peccatum notum, iudicetur, an sit tale, ut mortaliter nulla ratione possit in occulto retineri.

15. Vnum hic dubitari potest, an quando peccatum est publicum notum in uno loco, dicatur etiam, pro hac nostra materia, notum in alio: ita ut peccator per sententiam, vel per evidentiam facti Romæ, v. g. publicis si perat hic Patroini, ubi eius peccatum divulgatum non est, repelli debeat à Sacramento: videtur enim cum Lessio lib. 2. c. 11. dub. 13. aliisque non esse repellendum ex illa communiore sententia, quatenus esse illicitum, si non propter iustitiam certe propter charitatem, crimen alicuius in aliquo loco publicum, in alio, ubi nescitur, manifestare. Dico (communiore sententia) nam est alia sententia Fagund. *præc. Eccl. 2. lib. 5. cap. 3. n. 14.* & 16. sane probabilis, quæ docet non esse illicitum mortaliter, neque contra iustitiam, neque contra charitatem, saltem quando nondum recuperavit bene vivendo bonam famam: quia per publicitatem amisit ille omne prius ius ad famam suam.

16. Respondet tamen ad dubitationem. Primò difficulter in praxi occurrere posse fortasse casum iuxta ea quæ *num. 9.* attulimus: tum quia non facile credendum est rumoribus populi: tum quia potest rationabiliter à Christiano præsumi talem peccatorem iam fuisse emendatum, atque adeo concedendum illi Sacramentum. Respondet secundò. Si forte occurrat aliquando casus dico debere repellere à Sacramento: quia in hoc casu etiam iuxta communiorem prædictam sententiam cessat, ius charitatis pro illo. Ratio est, quia charitas dicitur quidem, non debere propalari illud crimen, sine causa rationabili: at hic adest causa rationabilis manifestandi, cum iniquè talis se gerat, & sacrilegè, petendo indigne Sacramentum. Scio Fagundez 3. *Eccl. præc. lib. 3. cap. 10. n. 7.* & 8. contendere hunc non debere repellere: quia si repellatur (inquit,) certò infamabitur. At iam videmus illam non illicite infamari, seu, ut loquar, non simpliciter infamari, cum supponatur iam amisisse famam, & nunc cessare etiam ius charitatis. Scio etiam Henriquez ab eodem Fagundez citatum, dare optionem ministro, ut possit admittere, & possit repellere, cum pro utraque parte sint rationes probabiles: scio, inquam, hæc sed *venen* nostra sententia videtur probabilior.

Tertia regula.

17. Si peccatum petentis Sacramentum aliqui non sit publicum, sit tamen notum aliquibus præsentibus, ubi sit peticio, aliquibus autem notum non sit (etiam si uni tantum ex præsentibus non sit notum, quia par est ratio) non potest denegari Sacramentum. Ratio regula est: quia solum per publicitatem, id est, per evidentiam iuris, vel facti amittit quis ius famæ. Ergo in aliis casibus, licet facillimè probationis, servanda est proximi fama. Dices: at, qui notunt exstantibus scandalizabuntur, quod datur à te Sacramentum, illi, quem ipsi indignum cognoscunt. Respondet hoc fore scandalum passivum, quia scire debent hunc non amisisse ius

petendi, cum nondum sit publicus peccator: & iudicare debent inter ipsos aliquem adesse, qui petentis nesciat.

Quarta regula.

18. Propter suspicionem probabilem, multò si suspicio sit temeraria, hoc est, sine fundamento potest denegari Sacramentum. At verò propter suspicionem violentam, debet Sacramentum, non negari, sed occultari: hoc est, si suspicio violenta occulta, debet negari tum publice, tum privatim peccatori: occultè & clausè est, quia temeraria habilis suspicio illi peccatori ius famæ non tollit: verò suspicio, cum æquivalet evidentie, ius famæ tollit. 19. At quamnam est violenta suspicio? Est illa, inquitur, tribus signis, & indicis, ut, ex nulla bili ratione, id, quod ex illis nasci videtur, obscurari valeat: sive, quæ tales habet coniecturæ, nihil appareat, quod contrarium suadere possit. Tale est commune exemplum, nudum cum da invenire, ad suspicandum turpem congressum.

De peccatore cognito ex Confessione.

20. Petes primò, qui ex confessione Sacramenti petentis exillere in statu peccati mortali, ne illum repellere? Respondet. Quamvis alij dicant, quod non, *disp. 67. s. 1. 2.* Sed datur posse, imò debere repellere. Verius puto cum *Eccl. præc. 3. lib. 2. cap. 11. n. 23.* non posse: tunc tere ei vel occultissime petenti, Communionem concedere. Ratio est quia sigillum confessionis, ita obligat, ut nihil externè fieri possit, per quod peccantis peccatum exprobari, etiam si solus peccans nitens advertat. Hinc inferunt aliqui: Si Peccator agrotum non absolvit, quia non erat bene dispositus & deinde v. agrotus ipse, vel confanguineus per ipsum, ut Eucharistiam deferat ad infernum: possit & debere) deferre nulla prius habita ratione in confessione habita. Ita Ioan. Bapt. Novatus in *moral. lib. 2. cap. 4. quæst. 17.* Recole quæ in *Appendix cedentis Opusculi* dixi de Sigillo Confessionis *cap. 6. §. 2.*

Quotupliciter peccat qui communicat indigne.

21. Petes secundò. Qui peccatori publico peccato Eucharistiam, vnicuique, an deo peccata communiter cooperando cum alterius peccato, alterius delictum suum officium exhibendo. Respondet. Puto cum *Præpos. de Euchar. quæst. 80. num. 23.* vnicuique, qui dicit confert Sacramentum indigno: vtrique enim malitia unum constat saltem in ordine ad confessionem mortale peccatum.

De ministrante Hostiam non consecratam.

22. Petes tertio. Licetne peccatori occulto ministrare Hostiam non consecratam, quod externè apparet illum communicari: ut vitetur sic eius infamia. Respondet. Quidquid dicant aliqui, censo non licere. ostendendo assistantibus consecratam, & dando peccatori non consecratam, sive quocunque alio modo. Ratio est, quia semper adest periculum idololatricæ, immo materialis. Lege Delogo de *Sacram. disp. 8. s. 1. n. 14.*

Hactenus egimus de ministrante indigne peccatore nam quid dicendum de petente ab indignis ministris colligi potest ex dictis supra *cap. 5. §. 4.*

§. III. Quam debeat penitentiam exhibere sive publicam sive occultam peccator, ut ad Communionem admitti possit.

23. Si peccator sanus, occultè petat, sufficit egisse scilicet esse: idque Sacerdoti aliisque, qui forte delinquantur peccatum, confiteri. Ita Suarez de *Eucharistia s. 2. §. Inquiri autem.* Si verò publicè petat, necesse